



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 61. Synodi Sessio vigesima secunda, ac sexta sub Pio IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI.  
A C 1562

gandum opinabantur: alii vero dubitationem de rei veritate indicabant, præsertim Guerrerus, & Fuscararius, qui significabat, quod censeret, id adversari Alexandro III. Pontifici, necnon S. Augustino in veteris, & novi Testamenti quæstionibus, & S. Thomæ: interim prima noctis hora jam pene effugerat: quapropter Præsidum primus, cum disputationem longius protraheretur, ut tandem finem imponeret, statuit, ut Canonis defensores, qui erant quamplurimi, sententiam suam simplici dicto pronuntiarent, impugnatoribus autem utpote paucis, permittebat rationes adducere, quibus id alteri parti persuaderent: postquam ergo suffragia colligebantur, vix triginta numerabantur, qui Canoni adversarentur, ceteris omnibus illum approbantibus: quocirca una omnes decreverunt, altera die decima septima Septembris celebrare Sessionem, quæ tamen diverſa esset ab illa, quæ usque ad duodecimam Novembris diem juxta datam fidem differebatur.

§. LXI.

*Synodi Sessio vigesima secunda, ac sexta sub Pio IV.*

*Lab. Collect.  
Conc p. 852.*

Itaque celebrabatur Sessio, quæ a Synodi principio vigesima secunda, ac sub

sub Pio IV. Pontifice sexta erat. Con-Sæc. XVI. A.C. 1562  
 venerant in Ecclesia Cathedrali sole- Pall. l. 18. c. 9.  
 mniis de more peractis plusquam cen- n. 1. Et seq.  
 tum octoginta Præsules: rem autem Sæp. l. 6.  
 divinam Pontificis ritu decantabat Pe- p. 857.  
 trus Antonius Capuanus Hydruntinus

Archiepiscopus, sermonemque lati-  
 num Carolus Vicecomes Vintimilien-  
 sis Episcopus habebat, in quo familiari  
 corporum civilium ad naturalia com-  
 paratione usus, gravitate Senatoria, &  
 Episcopali ostendit, quam monstro simi-  
 le corpus futurum esset Concilium Epis-  
 coporum, capite destitutum: „Capitis  
 „enim officium est, prosequeretur ille,  
 „ut omnibus membris suam virtutem  
 „infundat: horum autem rursus munus  
 „consistit, ut caput illud agnoscant, at-  
 „que pro eo conservando majorem solli-  
 „citudinem, quam pro se ipsis adhi-  
 „beant, necnon vitam pro ejusdem de-  
 „fensione periculis exponant: præci-  
 „puum enim hæreticorum vitium jux-  
 „ta D. Paulum est, quod nullum caput  
 „agnoscant, unde pendet totius corpo-  
 „ris unio.

Postea Episcopus, quod Christus  
 sit Ecclesiæ caput invisibile, paucis pro-  
 babat, ast quod Papa sit caput visibile,  
 multis argumentis demonstratum ibat:  
 laudata dein eximia Pii IV. Pontificis  
 diligentia, qua omnibus Synodi neces-

*Hist. Eccles. Tom. XLV.* Y lita-

**Sæc. XVI.** fitatibus abunde providit, unicuique  
**A.C. 1562.** debitum suum in conservanda Capitis  
 ciffim dignitate commendabat: pietatem tandem, ac modestiam Patrum  
 laudans, divinam Majestatem precabatur, quatenus felicem progressum, &  
 finem gloriosum huic Concilio largiretur, ut Synodi exitus felicissimis illius  
 auspiciis respondeat.

## §. LXII.

*Disputatio circa articulos in Sessione  
 propositos.*

**Pallav. cap. 9** **A**bsoluta hac Oratione, quam Legati  
**n. 1. Et 2.** cum magno applausu exceperant, dogmatum articuli in hac Sessione proponendi prælegebantur: attamen repugnabant Patrum nonnulli duobus illis articulis, de quibus plurimum in novæ peris coetibus fuerat disceptatum, scilicet, de Sacerdotum institutione in cœna, & de oblatione, qua ibi Christus seipsum obtulit Patri. Alteri ex his articulis Granatensis Archiepiscopus, ac Duimius Vegliensis Episcopus, se opponere, imo etiam priori articulo repugnabant scriptis schedulis, illisque accesserunt Aiala, Cadus, Blancus, & Bovius. Ex his Episcopis primi quatuor hoc scriptum tanquam dubium, multisque antiquis Patribus contrarium improbabant; duo postremi  
 cau-